

32

THEOLOGIAE NATVRALIS
SPECIMEN.

EX ORE VEN. PATRIS

PVBLICE EXCEPIT

ET

NOTVLAS PRIVATIM

ADSPERSIT

H. A. KOCH.

Helmstadt,

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

MDCCLXXIV.



THEOLOGIAE NATURALIS
SPECIMEN

EX ORBE VEN. PATRIS

NOVISSIMAM

H. A. KOCH

Memorandum

THEOPH. PAULI DILECTI SCITINORUM

ACAD. TYBOR.

MDCCXIII





Q. D. B. V.

Proem.
§. i.

THEOLOGIAE NATVRALIS
PROOEMIVM,

DE
DOCTORIBVS THEOLOGIAE NATVRALIS
PRAECIPVIS, TVM ANTIQVIORIBVS,
TVM RECENTIORIBVS.

§. I.

Sancitissimam * disciplinarum philosophica-
rum, theologiam naturalem, ordiamur a
precibus, quas vir summus & philosophus,
ANICIVS MANLIVS SEVERINVS BOE-
THIVS TORQVATVS, adhibuit in *consolatione phi-*
loso-
Votum
Boethii.

A 2

* Θεωσάτη και τιμιωτάτη ARISTOTELI, *metaphys.* l. i. c. 2. I-
dem *metaphys.* l. xi. c. 7. δηλον τοιουν ότι τρια γενη των θεωρη-
τικων επιστημων εσι, Φυσικη, μαθηματικη και θεολογικη βελ-
τισον μεν εν το των θεωρητικων επιστημων γενος, τριτων δ' αυτων
η τελευταια λεχθεισα* περι το τιμιωτερον γαρ εσι των οντων.
THEAGES pythagoricus *de virtutibus* p. 836. αρχα γαρ και αιτια
και κανων εντι τας ανθρωπινας ευδαιμοσυνας, α των θεωων και
τιμιωτατων επιστημοσις.

Prooem.
§. 1. 2.

osophiae, cum esset doctrinam de Deo naturalem explicaturus, lib. 3. metr. 9.

O ! qui perpetua mundum ratione gubernas,
Terrarum coelique sator, qui tempus ab aeo
Ire iubes, stabilisque manens das cuncta moueri ;
Quem non externae pepulerunt fingere causae
Materiae fluitantis opus ; verum insita summi
Forma boni, liuore carens ! Tu cuncta superno
Ducis ab exemplo : pulcrum pulcerrimus ipse
Mundum mente gerens, similique in imagine formans,
Perfectasque iubens perfectum absoluere partes.
Da, pater, angustam menti conscendere sedem,
Da fontem lustrare boni, da, luce reperta,
In te conspicuos animi defigere visus !
Disiice terrenae nebulas ac pondera molis,
Atque tuo splendore mica ! Tu namque serenum,
Tu requies tranquilla piis : Te cernere, finis,
Principium, rector, dux, semita, terminus idem.

§. II.

Doctores
theologiae
naturalis:
1. Aegyptii.

Antiquissimi doctores theologiae naturalis inter gentes
fuerunt aegyptii, de quorum doctrina & ratione docendi ex-
posuit * PLUTARCHVS libro de Iside & Osiride longe doctis-
simo. Explicat etiam rationem hieroglyphicorum mirifica
industria ac perspicuitate.

§. III.

* DIODORVS SICVLVS, lib. 1. p. 10. 199. HERODOTVS, lib. 2.
LVCIANVS, de dea Syria, t. 3. OPP. P. 749. πρώτοι μὲν ἂν ἀνθρώπων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, αἰγυπτίοι λεγόνται θεῶν τε εὐνοίην λαβόν, καὶ ἴσα εἰσαρά, καὶ τεμενεα καὶ πανηγυρίας ἀποδέξαι πρώτοι δὲ καὶ ὀνομάτα ἴσα ἐγνώσαν, καὶ λόγους ἰεῶν ἐλεξάν. μετὰ δὲ οὐ πολλοῦ χρόνου πάρα αἰγυπτίων λόγον ἀσσύριοι εἰς θεῶν ἠκούσαν.

§. III.

Ab aegyptiis didicere graeci, tum alias partes philosophiae, tum theologiam naturalem; nominatim PLATO: qui DEVM dixit το ον, teste etiam SENECA *epist.* 59. quique theologiam passim aliis libris sparfit, collegit autem in *Parmenide*, siue *libro de ideis*. Idem de immortalitate animorum omnium praestantissime explicauit in *Phaedone*.

Porro, quinam praeter Platonem e graecis theologiam naturalem tractarint, diligenter indicauit DIOGENES LAERTIVS, itidem graecus, in *libro de vitis, decretis, ac dictis antiquorum philosophorum*. Nam postquam vitam & fata philosophi alicuius descripsit, etiam dogmata in singulis philosophiae partibus persequitur; atque ita & in theologia naturali. E. g. in *uita THALETIS*, principis sapientum Graeciae, commemorat Laërtius, quomodo THALES interrogatus; quid esset antiquissimum? responderit: Deum esse antiquissimum omnium; quia principio & sine careat. Commemoratur item, quomodo rogatus THALES, quid pulcherrimum esse censeret, responderit: mundum esse pulcherrimum; quia sit opus Dei, ποιημα γαρ τῆ θεοῦ. Nihil dici potuit in theologia naturali praestantius ac solidius. Porro refert DIOGENES LAERTIVS inter dogmata ZENONIS, principis stoicorum, quod docuerit, Deum esse rationem, λογον, omnia facientem ac continentem.

Tertius scriptor, e quo cognitionem theologiae naturalis graecorum haurire licet, est CICERO, qui *3. libros* scripsit *de natura Deorum* incredibili cum eruditione tum elegantia, sic ut hodie quoque doctissimi viri in Anglia & Gallia quasi certent inter se de libris illis interpretandis atque explicandis. Atque hi tres, PLATO, LAERTIVS, CICERO, suffi-

A 3. cere

ημουσαν, και ιρα και νηους ηγειραν, εν τοις και αγαλαματῃ εθενησεν
και ξοανα εσηκαντο. το δε παλαιον, και παρ αιγυπτιοις αξοανος
νηοι εσαν. και εστι ιρα και εν συζητησει, ου παραπολυ τοις αιγυπ-
τιοις ισοχρονουσα, των εγω πλειστα οπωπα.

Proem.

§. 3.

2. Graeci

Plato.

Reliqui

graeccor.

ap. Diog.

Laert.

3. Latini

Cicero.

Proem,
§. 4.

cere possunt ad theologiam naturalem antiquorum cognoscendam.

§. IV.

4. Recen-
tiores ap-
Schmid-
ium, Lipe-
nium &
Stuuuium.

Quod ad recentiores attinet theologiae naturalis conditores, eorum cognitionem petere possumus vel ex *ven. SCHMIDII apparatu in theologiam naturalem*, vel ex MARTINI LIPENII *bibliotheca philosophica & theologica*, utraque edita singulari volumine formae maioris, h. e. folii, ut appellant vulgo. Apud LIPENIUM enim hunc non modo sub titulo *theologia naturalis* reperire licet scriptores perquam multos vniuersae huius disciplinae, sed etiam theologiae naturalis seorsim pertractarunt. Adde his duobus tertium, STRUVIUM ienensem doctorem, qui in *bibliotheca philosophica*, quam forma 3va edidit, singulari capite scriptores theologiae naturalis commemorauit.

Raynau-
dus,

Verum, ut ipsi quoque praecipuos quosdam theologiae naturalis scriptores commemoremus, primo loco ponimus omnium reliquorum copiosissimum THEOPHILUM RAYNAVDUM cespitellensem soc. Iesu, qui a. 1663. aetatis 87. mortuus est, & volumina 20. formae maioris a se conscripta reliquit, postmodum edita. Hic Lugduni in Gallia publicauit a. 1622. forma quarta maiore theologiam naturalem f. *considerationem, entis supremi in summa abstractione considerati* &c. Copiosissimus quidem hic scriptor est, ut dixi, ita ut ex eo petere liceat, quicquid antiqui, praesertim vero scholastici, de theologia naturali subtiliter tradiderunt: sed tria mihi praesertim in eo desideranda occurrunt; 1) delectus rerum, & iudicium accuratius: siquidem colligit ille potius, quam seligit, & multa potius, quam meliora tradit: 2) stylo utitur obscuro & scholastico, nullum adhibet lumen orationis, atque adeo ne proprietatem quidem sermonis seruat. 3) est acerbissimus insectator dissidentium, & loco quidem prorsus alieno. e.g. WILHELMUM arausionensem principem, item LUTHERVM & similes omnes, a pontificia religione dissidentes, sine dubitatione facit atheos. Haec de RAYNAVDO.

Maxime

Maxime concinnus, & ad ordinem adstrictus est. Io. *Prooem.*
 ANDREAS SCHMIDIUS in *theologia naturali*, * quam Ie- § 4.
 nae per disputationes, respondente ven. praesule PH. LVD. Schmidius.
 BÖHMERO edidit & apparatu valde erudito auxit. In hoc
 scriptore tria commendanda nobis occurrunt: 1) firmitas vel
 soliditas rationum, 2) modestia erga dissentientes, 3) pietas
 in praeceptis ex theologiae naturalis doctrina ducendis, atque
 inculcandis.

Tertius commemorari meretur Io. MEISNERVS theo- Meisnerus.
 logus viteberg. cuius *theologia naturalis* breui compendio pri-
 mum edita est, 1648. & postea iterum Vitebergae 1704. form.
 8. In hoc scriptore, etiam si satis breui, nec prorsus contemnen-
 do, tamen tria sunt, quae minus placent: 1) prolixitas nimia
 in quaestione de notitia Dei naturali subtiliter & scholasti-
 ce enucleanda, 2) defectus vel omissio doctrinae de attributis
 diuinis, 3) stili mediocritas, trahens aliquid etiam ex scho-
 lastica stribligine.

Omnium breuissimus est ERNESTVS SALOMO CY- Cyprianus,
 PRIANVS, quondam in hac academia philosophus extra or-
 dinem, nunc theologus in aula gothana primarius, qui cum
 director esset gymnasii coburgici, edidit in gratiam auditorum,
conspectum theologiae naturalis, paucis plagulis comprehensum
 form. 4. in quo & brevitatem laudare soleo, & delectum me-
 liorum fere argumentorum.

Post hos, etiam duos e cartesianis proferamus theol. Claubergius,
 natur. scriptores, quos quidem ceteris meliores putamus.
 Alter est Io. CLAVBERGIVS duisburgensis philosophus &
 theologus, qui a. 1665. aetat. 43. obiit, & *exercitationes centum*
de cognitione Dei & nostri reliquit; collectas postea in opera e-
 ius

* Habuit quoque idem a. 1690. Ienae dissertationem philo-theosophicam *de*
Deo & attributis diuinis ex principis naturae cognoscibilibus. Huc ite-
 dem pertinet *eiusdem theologia Hippocratis naturalis* a. 1691. it. *eiusdem*
theologia Senecae a. 1688. Adde his ADAMI RECHENBERGII
theologiam Homeri Lipsi. 1679. IO. PHIL. TREVNERI *theologiam*
Luciani Ienae 1697. EIVSDEM *Ciceronem theologum* ibid. 1700. edit.

Proem.

§. 4.

ius philosophica iunctim edita Amstelod. 1691. form. 4. maior. In hoc scriptore laudo perspicuitatem: sed non laudo, quod est nimis cartesianus; & quod exercitationes longe brevissimas fecit, interdum 6. vel 7. §§. minoribus absolutas, quo pacto facile potuit centuriam exercitationum explere.

Ger. de

Vries.

Cartesiano adiungamus anti-cartesianum, nempe GERARDUM DE VRIES professorem philosophiae actiuae in academia ultraiectina, qui a. 1705. defunctus est, cum aduersarius eius HERMANNUS ALEXANDER ROEL ad professionem theologicam in ea academia obeundam vocatus esset. Controverfia autem fuerat de ideis innatis. Hic VRIESIVS scripsit *exercitationes rationales de Deo, diuinisque perfectionibus editas una cum quibusdam aliis, e. g. de infinito, & de mente, &c.* Traiecti 1683. form. 4. Exercitationes hae separatim ante prodierant disputationum academicarum forma, quae deinceps in vnum fasciculum collectae fuerunt, atque iterum *accessionibus antiroeliianis* auctae a. 1695. Traiecti form. 4. Commendant sese tum breuitate, tum perspicuitate: sed vbique cartesianos acerrime impugnant: quam ob causam conditorem illarum peculiari nomine anticartesianum appellavi. Id quod de causa mortis eius dixi, ipse ad me perscripserat epistola haud multo tempore ante mortem data. Porro brevis recensio, vel indicatio potius quaedam, legitur in *actis eruditorum lipsiensibus*, 1686. p. 198. Vberior autem recensio accessionum, in *isdem actis*, a. 1696. p. 339. seqq.

Sed nunc ad nostros veniamus doctores, h. e. eos, qui in hac academia theologiam natur. suis monumentis illustrarunt. In quibus duos puto praecipuos: nempe HENRICUM IULIUM SCHEVRELIVM, philosophiae actiuae professorem, qui *epitomen theolog. natural.* conscripsit, Wolfb. 1650. form. 4. editam. Alter est BALTHASAR CELLARIUS, qui tunc quidem in academia ienensi philosophiam priuatim docebat, postea in hanc academiam vocatus theologi munus in vtroque suggesto, academico & sacro, implevit, & *epitomen theo-*

Scheure-
lius.

Cellarius.

theologiae philosophicae ex ARISTOTELIS libro *de mundo* potissimum petitam composuit, editam iterum Helmst. 1661. 4. Prooem. 6.4.

Ceteros, qui per *disputationes* particulam quandam theol. nat. exposuerunt: e. g. IOACHIMVM HILDEBRANDVM, Hildebrandus. qui respond. GEBH. THEOD. MEIERO disputauit *de Deo*; it. IO. BARTHOLDVM NIEMEIERVM, qui *de existentia Dei*, Niemeierus. & *euerfione atheismi* disputationes duas valde longas proposuit, omitto. Vnum memorandum videtur de BALTHASARE CELLARIO, videl. quod dogmata philosophorum in theol. natur. comparauit cum sententiis SS. literar. quod idem propositum postea longe omnium vberime persecutus est TOBIAS PFANNERVS in *systemate theologiae gentilis purioris*, Basil. 1679. Pfannerus. forma 4. edito. Qui idem in *appendice* celebrem quaestionem, *de salute nempe gentilium*, copiosissime explicauit.

Coronidis loco recentioribus theolog. natural. doctõribus addamus tres viros, qui admodum bene, & perspicue, & eleganter, in hac doctrina versati sunt. Quorum princeps est IO. BAPTISTA DV HAMEL, academiae scientiarum parisiinae membrum, & scriba, vel secretarius, philosophus idem & theologus longe doctissimus & politissimus. Hic librum conscripsit de *consensu veteris & nouae philosophiae*, quo omnem theologiam philosophicam solide & pulchre exposuit. Relatus legitur hic liber in operum philosophicorum huius scriptoris volumen vel tomum I. quae opera Noribergae 1681. iterum vulgata habemus forma 4. Laudem meretur hic liber non modo ob perspicuitatem & elegantiam, sed etiam ob comparisonem antiquorum & recentiorum dogmatum. Hamelius.

Secundus ex his triumviris esto anglus, nempe SAMVEL PARKERVS, tum quidem sanctae theologiae professor, & archidiaconus cantuariensis, postea vero episcopus oxoniensis, 1688 defunctus; qui Londini 1678. forma 4. maiore, edidit *disputationes sex de Deo & providentia diuina*; (non diuinas uti est in lexico eruditorum:) quarum prima disputatione agit de ea quaestione: *vtum quidam philosophorum, & quinam, fuerint athei?* 2da disputatione a *finibus rerum conditarum*

Proem.
§. 4.

tarum DEVM esse demonstrat : 3ta contra EPICURI & CARTESII opiniones de fabricatione mundi disputat : 4ta DEI consilio *mundum* creatum esse docet : 5ta ex *hominum* origine & constitutione, DEVM esse conuincit : 6ta denique contra scepticos, academicos, & cartesianos dubitatores praeclare agit. Non possumus non laudare viri huius insignis institutum & laborem, cum ob controuersias recentiores, cartesianorum & ceterorum solide explicatas ; tum ob perspicuitatem, & rerum, & dictionis. Ob quas virtutes, si quid forte peccauit in iudicio de antiquis quibusdam ferendo, * facile condonare possumus.

Clericus. Claudat triumviratum longe celeberrimus scriptor, Io. CLERICVS, geneuensis, qui adhuc in gymnasio remonstrantium amstelodamensi philosophiam & theologiam proficetur. Hic *operibus philosophicis* iunctim editis Amstelodami, & nuper Lipsiae, inseruit partem, quam dixit *pneumatologiam*, & in ea theolog. quoque natural. exposuit. Quanquam autem sunt in illo ; quae censuram & accuratiorem meditationem merentur ; tamen laudanda nobis videtur 1) libertas in exprimenda sententia sua, 2) breuitas & concinnitas, 3) denique perspicuitas.

Weisius, Adiungamus duos viros superioribus, qui quidem nostra lingua, h. e. teutonice eandem doctrinam exposuerunt. Alter est FRIDERICVS WEISIVS, tum theologus quaedlinburgensis, qui scripsit naturae lucem luci diuinae praelucentem : *das dem görtlichen gnaden-licht fürscheinende natur-licht*, librum forma 8. editum 1696. Constat hic liber declaratione 29. quaestionum, quarum aliquae probant, esse religionem, aliae docent quanam sit vero religio, iterum aliae monstrant esse beatitudinem, aliae quanam sit via consequendae beatitudinis ; & tandem peruenitur ad patefactionem diuinam, vel scripturam sacram. Commendandus hic liber est potissimum iis, qui de his rebus verba teutonice facere

* E. g. de ARISTOTELE.

facere volunt : quia ita scriptus est, vt verbum nullum latinum admisceat. Deinde etiam rationes dilucide proponit.

Prooem.

§. 4.

Alter est recentior, videlicet CHRISTIANVS VOLFIVS, Volfius. olim theologiae cultor, nunc consiliarius regius, & mathematicus halensis, * qui edidit *cogitationes racionales de Deo, mundo, & mente hominis, rebusque vniuersis*, item teutonice conscriptas, quae primum prodierunt Halae a. 1720. & iterum 1722. forma 8. Quaquam autem altera editio pluribus paginis constat, tamen est nihilo auctior priore, nisi forte, quod noua praefatio accessit. Absoluitur liber sex capitibus, quorum postremo, h. e. sexto, agit de Deo, diuinisque attributis more suo, h. e. prorsus mathematico. Dicit enim in *praefatione*, se vbique rigorem demonstrandi geometricum seruare studisse. Et tamen extitit, qui cogitationes hasce in dubium reuocaret, nempe magister STRAEHLERVS antea domesticus & discipulus VOLFII genuinus. ** Hic dubia sua scripto forma 8. exponere cepit : quibus ipse VOLFIVS reposuit primum breue praescriptum *de ratione agendi cum calumniatoribus*, Halae excusum vnica plagula form. 8. Deinde eidem obiecit aliud item breue scriptum, *de ratione, quam sequi debeat, quisquis secum disputare velit*, itidem Halae vna plagula formae 8. prociusum. Accessit postea scriptum valde mordax, in formam dialogi coniectum, & instar diaris publicatum : cuius conditor habetur M. THYMMIGIVS, hodie inquilinus & discipulus VOLFII, affectatorque singularis. *** Qui rationes quidem multas non opposuit aduersario, sed vitia quaedam contra bonos mores admissa, obiecit. Titulus libri volfiani, de quo dicere cepi, germanice ita habet : *vernünftige gedanken, von Gott, von der welt, von der seele des menschen, und von allen dingen überhaupt*. Vtraque eius editio memorata fuit in *actis eruditorum lipsiensibus*, prior quidem a. 1720. *mens. Aug. p. 371. sqq.* altera vero editio in *supplementis tom. 8. sect. 1. p. 28. sqq.*

B 2 §. V.

* Nunc consiliar. aul. sereniss. landgr. Hass. & prof. phil. prim. Marpurgi.

** Hodie prof. philos. halens.

*** Modo prof. gymnasii casselani.

§. V.

Proem.
§. 5.

Huetius.

Leibnitius.

Grotius.

Huetius.

Adiungi merentur theol. nat. doctoribus ii, qui de concordia rationis & fidei, & qui de veritate religionis christianae praeclare exposuerunt: vt PETRVS DANIEL HVETIVS in *quaestionibus alnetanis de concordia rationis & fidei*, quae libris tribus absoluuntur. Libro I. regulae continentur, de ratione, fidei concilianda. Libro 2. doctrina christiana & philosophorum confertur, agiturque de Deo rebusque diuinis capp. 24. Libro 3. praecepta vitae christianae cum philosophicis comparantur capp. 19. Lipsiae recusus liber est 1719. forma 4. Atque hic inductione exemplorum vitur, ostenditque concordiam theologiae natural. & christianae praeclare, & stylo dilucido. G. G. LEIBNITIVS in *praefatione theodicaeae* etiam de concordia rationis & fidei agit, verum ratiocinatione potius, & subtiliter, quam exemplis.

Qui de veritate religionis christianae conscripserunt, horum princeps merito habetur HVGGO GROTIUS, tum eruditione, tum dictionis & argumentorum perspicuitate. Hic cum esset in carcerem religionis arminianae causa conclusus, scripsit insignem librum de veritate religionis christianae, carminibus belgicis, propter eos potissimum, qui nauibus e Belgio in Indiam proficiscuntur, 1620. Editus autem est biennio post hic liber primum a. 1622. in sermonem latinum conuersus ab ipso GROTIO; deinde vero saepius recusus, & in varias linguas translatus est: e. g. in arabicam ab EDVARDO POCOOCKIO. Vnde exitit error illorum, qui dixerunt: GROTIUM hunc libellum ex arabico transcripserunt.

Alter in hoc genere scriptionis insignis est supra laudatus PETRVS DANIEL HVETIVS gallus, primum abbas, & delphini praeceptor, deinde episcopus abrincentis, altero abhinc anno admodum senex defunctus. Hic cum Arnstelodami disputasset contra Spinofam pro veritate religionis christianae; atque hic iudaeus postulasset, vt Huetius sibi veritatem religionis christianae mathematico more demonstraret, occasione librum

A. 1721. act. 88, die 31. Jan.

hac motus HVETIVS scripsit *demonstrationem euangelicam*, h. e. Prooem. §. 5. 6. librum pro religione christiana asserenda, & quidem secundum mathematicorum praecepta dispositum. Editus est primum in Gallia, & paulo post in Belgio forma 8. maiore, deinde vero Lipsiae forma 4. Copiosior quidem multo est HVETIVS quam GROTIUS, nec minus elegans & perspicuus, sic ut dubites, vter alterum vincat: verum si rationum momenta ponderes, & delectum rerum, minus accuratus, minusque solidus inuenietur HVETIVS. Nam ut praeteream, quod iam pridem multis absouum visum est, nimirum, quod ex omnibus graecorum & romanorum diis ac deabus, atque heroibus quoque, vnum MOSEN fecit, etiam eodem modo veritatem religionis pontificiae suo libro comprobauit, quo veritatem religionis christianaе adstruxerat: ex quo intelligi potest, rationibus eum infirmis esse vsu[m], non sane semper mathematicis.

Vtrum CHRISTIANVS VOLFIUS *in methodo demonstratione religionis christianae mathematica*, cuius idea est in *actis erudit. lips. a. 1707. p. 166. seqq.* satisfecerit omnibus, vel satis facturus sit, aliorum esto iudicium. Volfius,

Plures, quam quadringentos, vel, si accurate dinumeres, 442. qui veritatem religionis christianaе suis ingeniis & monumentis propugnandam putarunt, contra atheos, contra iudaeos, contra mohammedanos, denique contra gentiles, vel incredulos, habemus a IO. ALB. FABRICIO, *biblioth. graec. vol. VII. p. 96. seqq.* commemoratos. Alii 400. ap. Fabricium.

§. VI.

Atque haec pro exordio theolog. natur. sufficient: nunc ad ipsam doctrinae explicationem progrediamur. Partitio theolog. natur. Quam ita quidem instituemus, ut capitibus duobus vniuersam comprehendamus, atque altero quidem capite de Dei natura & existentia, altero autem de Dei virtutibus exponamus.

Cap. I. §. 1.

CAP. I.

DE

DEI NATVRA, ET EXISTENTIA.

§. I.

Notio Dei
prima,

Cum dicimus Deum, cogitamus id, quod est optimum vel praestantissimum.

Quam posuimus thesi prima, Dei notionem, est fere communis omnium gentium, item philosophorum, ac christianorum. Primum, quod sit haec idea in communi hominum sensu quasi infixæ, * vt Deus habeatur id, quod sit omnium optimum ac praestantissimum, facile deprehendi potest, si animaduertamus, quid homines cogitent, quando vocabulum, Deus, vsurpant, vel audiunt. Omnes enim cogitant id, quod est optimum, quo melius ne cogitare quidem possint.

Porro

* De idea Dei innata variae sunt doctorum virorum opiniones; Non defuere inter antiquos, qui illam crederent, in quibus etiam est CICERO, DIO CHRYSOSTOMVS, IAMBlichVS, alique, quorum verba vide sis in THOMAE GALEI notis ad Iamblichum de mysteriis aegyptiorum cap. 3. p. 186. Quidam huc quoque referri debere HIPPOCRATEM putant, quia in libro de decenti ornatu, inquit: *μαλιστα η̄ περι θεων ειδησις εν νοω αυτω (medico) εμπλεκεται.* Verum quid his verbis significare voluerit medicorum princeps, facile apparet, Voluit nimirum, medicos quam maxime de existentia Dei conuinci, quoniam in inspectione corporum humanorum quotidie versentur, ex quorum corporum structura optime Deum cognosci posse rectissime arbitrans est. Quae recentioribus temporibus de notitia Dei innata agitauerint inter se viri doctissimi, GERARDVS DE VRIES, & HERMANNVS ALEXANDER ROELLIVS, nemini forte ignota sunt. Sed non esse eiusmodi ideas, mea quidem opinione, planissimum fecit IO. LOCKIUS lib. 1. de intellectu humano, c. 3. §. 8. §. 9. quem vnusquisque adire ipse potest.

Porro *germanorum antiquorum* hanc quoque fuisse ideam, *Cap. I. §. 1.* patere puto ex ipso nomine, quo hodie etiam vtimur, cum Deum appellamus *Gott*: est enim hoc vocabulum ductum ex nomine *gut*, quod bonum significat, & apud graecos vocatur *αγαθον*, siue ex hoc graeco ductum sit illud teutonicum, siue ex alio. Neque enim sum nescius, ab aliquibus nomen germanicum *Gott* deriuari a persico *Goda*, quod est etiam Deus.

Quod ad *philosophos* attinet: auctor est ARISTOTELES in *metaphysicis*, * *chaldaeorum sapientes, qui magi dicebantur, DEVM definiuisse id, quod esse optimum, atque omnium rerum causa. Fuerunt quidem in Chaldaea & Persia, qui alterum Deum bonum, alterum malum facerent, a MANETE, huius erroris propagatore, postea dicti manichaei: sed hi haeretici habiti sunt, etiam inter suos; prouti docuit THOMAS HYDE, oxoniensis professor, in libro de religione veterum persarum: vel inferiores genios, aut daemones crediderunt, partim bonos, partim malos, vnum autem supremum omnium.*

Apud graecos PLATO saepe Deum vocat το αγαθον, αυτο το αγαθον, h. e. ipsum bonum, & idean τε αγαθου, f. exemplar omnis boni. ** ARISTOTELES in *ethicis ad Nicomachum* lib. 10. cap. 8. p. 53. 54. Deum dicit esse naturam bonam,

* *Lib. 14. cap. 4. Φερεκυδης η̄ ἕτεροι τινες το γεννησαν πρωτον αριστον τινεσσι, και οι μαγοι, και των ὑπερων δε σοφων, εινον Εμπεδοκλους η̄ και Αναξαγορας.*

** *Lib. 7. de ver. p. 91. εν τω γνωστω τελευταια η̄ τε αγαθου ιδεα και μογις ορασθαι. οφθαισα δε συλλογισθαι εναι, ως αγα πασα παντων αυτη ορθων τε και καλων αιτια. εν τε ορατω φως και του τουτου κυριον τεκουσα: εν τε τω νοητω, αυτη κυρια αληθειαν και νουν παρασχομενη και οτι δει ταυτην ιδειν τον μελλοντα εμφορονως πραξεν η̄ ιδια η̄ δημοσια. In epinomide p. 367. πως γαρ των αγαθων αιτιον η̄μιν ξυμπαντων, ου και του πολυ μεγαισου της φρονησεως αιτιον η̄γεισθαι δει γεγενεσθαι. Idem Deum vocat αιτιον απαρτων των καλων επιβ. 2. p. 413. conf. eiusdem συμποσιον p. 254.*

Cap. I. §. 1. nam, & qui sit inter homines ceteris melior, eum esse Dei quoque similiorem, & Deo cariorem. Stoicus CLEANTHES elegantissimis verbis Deum praedicat ut summum bonum: qui versus sunt apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM.* ARISTOTELES aperte Deum definit το αιδιον και το αριστον, lib. 12. metaphysicor. c. 7. EPICURVS ** αφθαρτον και μακαριον, apud Diogen. Laert. de vitis philosoph. l. 10. p. 785. *** Romani Iouem, h. e. summum deorum, vocant optimum maximum.

De christianis doctoribus, graecis & latinis, nihil attinet excitare suffragia, vel dicta reponere, quae sunt magno studio collecta a DIONYSIO PETAVIO in lib. I. dogmat. theologicor. ****

Con-

* Lib. 5. p. 602.

τ' αγαθον εργατας μ' οιον ες; ακουε δε τεταγμενον, δικαιοσ, οσιον, ευσεβες. κρατουσ εαυτου, χρησιμων, καλον, δεον αυτηρον, αυθικασον, αιει συμφερων' αφοβον, αλυπον, λυσιτελες, αναδουον' ωφελιμον, ευαρεστον, ομολογουμενον' ευκλεες, ατυφον, επιμελες, πραον, σφοδρον' χρονιζομενον, αμιμητον, αιει διαμενον.

Plures ex stoicis vid. ap. LIPSIVM *physiologiae stoicae* lib. 1. diff. 10.

** CICERO lib. 2. de natura deorum p. m. 63. Epicuro, inquit, placet, esse deos, quia necesse sit praesentem esse aliquam naturam, qua nihil sit melius.

*** Timaeus locrus initio libri περι ψυχας κοσμου: τουτεων δε του μεν (λογου) ταβ τ' αγαθω φυσιος εμεν, θεον τε ονομασθηναι, αερχαν τε των αριστων. Euryphamus pythagoricus περι βιου p. 813. Φυσει αγαθος εων (θεος) και φυσει ευδαιμων ες εαυτω τελιος εσι.

**** Neque tamen praetermittendus hic est locus praeclarissimus BOETHII lib. 3. consolat. philosoph. 10. Deum, inquit, rerum omnium principem, bonum esse, communis humanorum conceptio probat animorum. Nam cum nihil Deo melius excogitari queat, id quo melius nihil est, bonum esse

Consequens est ex his, ut errasse videantur, qui notionem Dei alia in re, quam in bonitate vel praestantia, quae-
 rendam putarunt. Ita enim aliqui Deum definiendum existimarunt: spiritum independentem; alii ens necessarium, alii infinitum, viuum alii, alii denique omniscium. Errant autem omnes in prima Dei notione constituenda. Nulla est enim harum, quae non ex nostra possit derivari & confirmari. Quod autem aliunde confirmari potest vel duci, id non est prima Dei notio, vel conceptus primus. Quod autem omnes illae notiones ex nostra confirmationem accipiant, patet. Nam qui est optimus, ille non est ab alio, sed est independens: qui est optimus, est necessario, est infinitus, est viuus, est omniscius. Etenim si haec elogia non haberet, non esset optimus, sed esset aliquid ipso praestantius. Legi potest, sed curiositatis tantum causa, *disputatio SLEVOG-
 TI, ienensis philosophi, 14. de primo conceptu Dei.* Quamquam is quoque cum ceteris errat, & primam Dei notionem, in independentia vel aseitae quaerit.

Confectarium ex hac notione Dei secundum est: quod Deus sit maxime colendus, nempe ob summam praestantiam. Atque ita quidem argumentatur ipse EPICVRVS apud DIOGEN. LAERT. loco, quem ante dixi: & item apud CICERONEM *lib. I. de natura Deorum.* *

§. II.

Hinc statim consequens est, ut Deum mentem, ^{Deus,}
 C vel mens,

esse quis dubitet? Ita vero bonum esse Deum ratio demonstrat, ut perfectum quoque bonum in eo esse conuincat. Nam ni tale sit, rerum omnium princeps esse non poterit. Erit enim eo praestantius aliquid, perfectam possidens bonum, quod hoc prius atque antiquius esse videatur. Omnia namque perfecta minus integris priora esse clauerunt. Quare ne an infinitum ratio prodeat, confitendum est, summum summi perfectique boni esse plenissimum.

* Impietatis enim maculam, quam Epicuro inusserunt CICERO atque SENECA, absterxit PETRVS GASSENDVS *lib. 4. de vita & moribus Epicuri, cap. 3. § 4.*

Cap. I. §. 2. vel spiritum esse fateamur. Quippe cum mens quous corpore sit praestantior.

Consentiunt in thesin nostram praestantiores philosophi, quorum in historia philosophica nomen celeberrimum est. Ita THALES ap. DIOGEN. LAERT. l. i. Deum esse τον νου, h. e. mentem, quae omnia condidisset. CICERO elegantè expressit sententiam ceterorum philosophorum in *tuscul. disput. l. i. p. 306.* Ipse deus, inquit, qui cogitur a nobis, nullo modo cogitari non potest, quam mens quaedam soluta ac libera ab omni concretionè mortali, h. e. ab omni composito, vel compositione, unde interitus, vel mors existat. Comparat nempe mentem nostram cum ipso Deo, ut immortalitatem mentis nostrae demonstrat CICERO.

Consentiunt quoque hic stoici: quippe quorum princeps ZENO citicus dixit, rationem omnia facientem esse Deum, τον λογον τον ποιουντα παντα. ut est ap. DIOGEN. LAERT. in *vita Zenonis* * & ap. SENECAM in *epist. 65.* Quae sententia stoicorum hoc magis est notatu digna, quod λογον dicit, & facit quodam modo ad interpretationem principii Iohannis evangelii.

Consentiunt tandem quoque peripatetici; quorum dux & auctor in *moralibus ad Nicomachum l. 10. c. 8. n. 53. 54.* ita: „ὁ δὲ κατὰ νου ενεργων, και τῶτον θεραπευων, και διακειμενος αριστα, και θεοφιλεστατος εοικεν ειναι. Ει γαρ ἴς ἐπιμελεια των ανθρωπων υπο θεων γινεται, ὡς περ δοκει, και εἴη αν ευλογον, χαιρειν τε αυτες ἴσω αριτω εἰ τω συγγενεσταιω, ἴστο δ' ανειη ὁ νος, κ' τις αγαπωλης μαλις ἴστο και τιμωντας ** &c. Et *politicor. lib. 3. cap. 16.* ο μεν τον νου κελευων αρχειν, δοκει κελευειν αρχειν τον θεον κ' τις νομους.

Ipse sanctissimus servator ap. Iohan. IV, 24. Spiritus, inquit, DEVS est: πνευμα ὁ θεος.

Stoici

* *Lib. 7. p. 519.* Conf. LIPSIUM *physol. lib. 1. diff. 7.*

** Ita STRABO quoque *lib. 10. p. m. 322.* ευ μεν γαρ εἰρηται και τουτους ανθρωπους τοτε μαλις α μιμησαι τους θεους, εαν ενεργετωσιν.

Stoici tamen ex parte falsum dixerunt, cum DEVM esse animam mundi perhibuerunt. * Non enim DEVS ita mens est, vt cum mundo, tanquam corpore, vnum quoddam constituat, vt mens nostra; sed est longissime segregatus ab omni concretionem mortali, vti dixit CICERO. Cap. I. §. 23

Confectarium est huic dogmati, vt Deum esse animo potissimum colendum sentiamus. Ita CICERO l. 2. de nat. deor. §. 71. *Cultus autem Dei, inquit, is est optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus, plenissimusque pietatis, vt eum semper pura, integra, incorrupta, & mente, & voce veneremur. Non enim philosophi solum, verum etiam maiores nostri, superstitionem a religione separauerunt. Praeclarum est in eandem sententiam CATONIS distichon:* Confectarium,

Si DEVS est animus, nobis vt carmina dicunt;

*Hic tibi praecipue pura sit mente colendus. ***

Optimus seruator ap. Ioh. IV, 24, inquit grauissime: Spiritus est Deus, & qui eum recte colere volunt, animo ac sincera mente eum colere debent, h. e. enim, spiritu & veritate.

§. III.

Deum esse, vel exstare, aut existere, vt alii loquuntur, demonstro ex finibus corporis humani: ita nempe; oculum ad videndum, manus adprehendendum, aures ad audiendum, nares ad olfaciendum esse factas, manifesto patet. Atqui oculus non praeuidit hunc finem, nec manus, nec auris. Fuit igitur causa sapiens, quae ad fines suos quodque membrum corporis Deus est,

C 2

* SENECA epistola 65. *Quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus: quod est illic materia, id nobis corpus est.*

** TIBVLLVS lib. 2. ch. 1.

*Casti placent superis, pura cum veste venite,
Et manibus puris sumite fontis aquam.*

In maximis festiuitatibus vestimentis albis comparebant olim, quae intacta dixit OVIDIVS *fastor. l. 1. v. 79. Color enim albus praecipue decorus Deo est,* inquit CICERO lib. 2. de legibus p. 329. idque a PYTHAGORA acceperunt, de quo vid. TH. STANLEIVM *histor. philos. part. 8. p. 761.* Conf. quoque GILB. COGNATVM ad Lucianum de deo syra v. 3. p. 802.

poris aptaret. Hanc causam appellamus DEVM, atque esse etiamnum facile intelligimus, quia non modo nulla ratio afferri potest, cur, qui fuit hominis conditor sapiens, nunc non sit; sed omnia potius, quae sunt, suadent contrarium: nempe & esse eundem, & res a se conditas seruare.

Occurrit quidem hic nobis epicureus LVCRETIVS in *carmine de natura rerum*, * & perhibet, partes corporis humani esse sorte fortuna natas, fortuito videlicet indiuiduorum corpusculorum concursu; & cum tales partes reperisset homo, easdem ad illos vsus transtulisse: e. g. cum oculum reperisset, ad videndum adhibuisse, cor ad sanguinem recipiendum & reddendum, pulmones ad respirandum; vti, si homo forte inueniat follem, ad ignem suscitandum adhibeat. Verum, prorsus absurda est haec oppositio. Tantum est enim artificium instrumentorum corporis, vt nemo nostrum id admirari fatis, nedum imitari possit. Id fatentur, qui partes corporis nostri penitissime inspiciunt, medici. GALENVS in *sine libri de usu partium corporis humani*, quem scripsit, fatetur, se

* *Lib. 5. p. m. 514. 515.*

*Illud in his rebus vitium vehementer & istum
Effugere errorem, vitareque praemeditator,
Lumina ne facias oculorum clara creata
Prospicere ut possimus, & ut proferre vias
Proceros passus, ideo fastigia posse
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari, &c.*

Paulo post:

*Nil ideo quoniam natum est in corpore ut vis
Possimus: sed quod natum est, id procreat usum.
Nec fuit ante videre oculorum lumina nata:
Nec dictis orare prius, quam lingua creata est:
Sed potius longe linguae praecessit origo
Sermonem: multoque creatae sunt prius aures,
Quam sonus est auditus: & omnia denique membra
Ante fuere, ut opinor, eorum quam foret usus,
Haud igitur potuere utendi crescere causa.*

Et reliquis, quae sequuntur apud eundem loco eodem, quaeque copiosius conspexit LACTANTIUS *de opificio Dei, cap. 6.*

se ubique quasi manum Dei deprehendisse, & cum satis mirari non posset, hunc librum quasi hymnum Deo conditori dedicasse. * Idem sentit D. LAURENTIUS HEISTERVS in *praescriptionibus quibusdam*, quas sectioni cadauerum humanorum praemisit, ostendens Dei sapientiam ex omnibus partibus humani corporis. Porro, qui furcam videt, vel fuscina, manu & arte hominis paratam adprehendum, quomodo potest dubitare, manum suam esse artificis sapientissimi conditoris paratam? Hoc argumentum praecclare exposuit inprimis STURMIVS, mathematicus altorficus, tum in *physica generali*, tum in *usu eius theosophico*. **

Ita Deum esse demonstro firmiter ac dilucide. Non vtor sophismate CARTESII: Deus est optimus; extat igitur. *** Non vtor idea innata: de qua sunt doctissimorum hominum grauitur inter se dissidentium dubitationes ac disputationes. Neque vtor subtili ratiocinatione *scholasticorum*: vel omnia sunt ab alio, vel quiddam non est ab alio. Neque e coelo argumentum peto: vt ARISTOTELES fecit. * Meo autem argumento vtitur & SOCRATES, sapientissimus graecorum, in dialogo cum Aristodemo, homine impio, qui est apud XENOPHONTEM in *memorabilibus Socratis*: ** Atque

C 3

adeo

* HIPPOCRATES in libro *de diaeta*, *de locis in homine*, & aliis quam plurimis, quorum loca vid. ap. ven. abb. I. A. SCHMIDIUM, *de theologia Hippocratis*, p. 18.

** It. in disput. *oculus Θεσμοπος*. Et I. A. SCHMIDIUS, *disp. auris Θεοδοικτος*, a. 1694. 4.

*** De quo praecclare HVETIVS in censura cartes. & SAM. VERENFELS. in iudicio pecul. & eius vindictis, quae sunt in operibus, p. 645.

* *Lib. 12. metaphys.*, c. 10.

** *Lib. 1. p. m. 359. 599.* ουκου δοκει σοι εξ αρχης ποιων ανθρωπου, επ' ωφελεια προσθηται αυτος δι' ων αισθανονται εκαστα, οφθαλμους μιν ωδ' οραν τα ορατα' ωσα δε ωδ' ανουειν τα ακουσα' οσμων γε μην ει μη ελνεσ περτεθησαν, τι αν ημιν οφελος ην, &c. Quam Socratis disputationem cum Aristodemo ex parte etiam laudauit CICERO *lib. 2. de natura Deor.* p. m. 53. qui eodem hoc libro p. 96. 599. idem

cap. I. §. 3. 4 adeo ipse vitur hoc argumento codex sacer *Pf. 94. 9. qui plantavit aurem, an non audiat? qui finxit oculum, an non intuetur?* In vulgata editione psalmus hic est 93. sed in ebraico & ceteris libris 94. ut ante dixi.

Addo huic argumento consensum vniuersi generis hominum; quem declaro ex *nomimibus* DEI, quae sunt apud innumerabiles fere gentes etiam pene innumerabilia: quod confiderare licet non sine animi voluptate.

Confectaria,

Porro ducimus ex hac demonstratione confectarium 1. nempe quod consideratio finium in rebus naturae non sit abiicienda; prouti sensit CARTESIVS: sed ad demonstrationem Dei ipsius praeclare adhibenda, cum IO. CLERICO, & SAMVELE PARKERO. De quibus dixi in prolegomenis.

Confectarium 2. Deus omnium finis est idem & causa efficiens. Quia nempe optimus est, & res omnes, perinde atque hominem, creauit.

§. IV.

Deus est necessario.

Extat autem Deus necessario; non, ut res ceterae, contingenter. Nam illud quidem, esse nempe necessario, melius est, atque adeotribuendum ei maxime, qui est optimus.

Consentit PLATO, qui Deum dixit praecipue esse; itaque eximio modo *ἴσοϋς*, h. e. *ens*. vel existens l. extans, nominandum censuit: auctor est e latinis SENECA in epistola 59.

Porro

idem hoc argumentum praeclare persequitur. Consentunt denique & STOICI ap. eundem CICERONEM *lib. 3. de finibus p. m. 180.* *Iam membrorum, inquit, id est partium corporis alia videntur propter eorum usum a natura esse donata, ut manus, crura, pedes: ut ea quae sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, a medicis etiam disputatur.* E recentioribus vnum tantum addo, qui hoc argumentum egregie tractauit, FRANCISCVM nempe de SALIGNAC de la MOTHE FENELON archiepiscopum cameracensem in *demonstratione existentiae Dei gallice* scripta a *cap. 30. ad caput vsque 43.* quem librum in linguam germanicam transfulit vir celeberrimus IO. ALB. FABRICIVS ediditque Hamburgi.

Porro PLVTARCHVS graecus philosophus, & optimi romanorum imperatoris idem magister optimus, in libello, quem scripsit de syllaba EI in templo delphico inscripta, περι τῆς εἰ Δελφῶν, praeclare tradit, veteres graecorum theologos hac syllaba, εἰ, h. e. εἰς, significasse Deum, quippe qui sit maxime, praecipue, atque adeo necessario. Praeclare sane hoc Plutarchus, & theologi antiquiores.

Cap. II §. 1.

CAP. II.

DE

VIRTVTIBVS DEI.

§. I.

Deus est
vñus.

QVaecunque DEO recte tribuuntur; alii attributa vel perfectiones vocant, ego virtutes malo dicere; ex posita notione optimi fluunt omnia. Nam primum VNVS Deus est; quia optimus. Quod est enim optimum, non potest esse in plura diuisum. Non eget hoc positum vel conclusum iam a nobis, alia demonstratione. *

Adde, quod etiam hi, qui credidisse videntur, vel crediderunt ipsi, plures esse deos, h. e. diuos vel coelites, tamen vnum esse praestantissimum omnium, ac summum consenserunt. Neque hoc modo sapientes: vt PYTHAGORAS, qui ideo Deum vnitatem dixit: v. disputat. HASSELI, me praefide habitam, itaque inscriptam ** *unum theologiae pythagoricae compendium.* Deinde PLATO, qui in ep. 13. vnum esse deum confitetur. *** Quae epistola si forte genuina non est, potest ex aliis compluribus locis PLATONIS, doceri vnitatis Dei. E. g.

* BOETHIVS lib. 3. de consolatione philosophiae, prosa 10. perinde demonstrat Dei vnitatem ex bonitate summa.

** την μοναδα την πυθαγορειην, s.

*** της, inquit, σπουδαιας επισολης θεος αρχης. Θεοι δε της ἡττων.

Cap. II. §. 1. E. g. cum dicit Deum *αυτο το αγαθον* * summum ipsum bonum, idem cum soli comparat, qui est vnus nobis aspectabilis. ** Praeterea ARISTOTELES in *metaphysicis* l. 12. vel vt in aliis editionibus numeratur, 14. cap. *ultimo*, ita scribit: necesse est, causam efficientem motus primam ac summam, esse & ratione, & numero vniam: etenim res quae sunt, nolunt male gubernari; malum autem est secundum HOMERVM plurium imperium, vnus esto dominus.

επι αγαθον πολυκοιραντη, εις κοιρανος εσω

Nec modo in *metaphysicis* ARISTOTELES, sed etiam in libro *de mundo* cap. 6. (si modo est Aristotelis hic liber) docet, vnum esse Deum, quando nempe monarchiam, h. e. vnus imperium, scribit esse apud deos, & eorum imperium cum perfico contendit. ***

EX latinis vnum adfero CICERONEM, principem philosophiae atque eloquentiae. Hic in fragmento librorum de republ. quod hodie quoque legimus, titulo *somnii Scipionis* inscriptum, ita disserit: *Nihil est enim*, inquit, *principi illi* „Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, „acceptius, quam concilia coetusque hominum iure congregatorum. Principem vnum Deum, qui omnem mundum regat, esse fatetur.

Stoici quoque DEVM esse vnum, constanter retinuerunt; vt videre est apud LIPSIVM *physiologiae stoicae lib. 1. diss. 9. f. m. 20.*

Addo philosophis poetas: HOMERVM, qui Iouem canit patrem hominum atque deorum; * Item SOPHOCLEM, cuius hoc est egregium dictum, *vnus vere, vnus est deus*, apud HECATAEVVM, memorante CLEMENT. ALEX. *strom. l. 5. p. 603.*

ΕΙΣ

* *v. Cap. I. §. 1.*

** *Lib. 6. de rep. p. 88.*

*** Aperte loquitur *metaphysicorum lib. 12. c. 10.* *το δε τι ην ειναι ουκ εχεται ολην το πρωτον, εντελεχεια γαρ. Εν μεν αερα και λογα και αεθρω, το πρωτον κινουσι, κινητων ον.* * *οδυσσ. α. ν. 28.* Quem locum quoque laudat ARISTOTELES, *politicor. lib. 1. c. 8.*

εἰς τὰς ἀληθεύσασιν, εἰς εἶν θεός.*

Cap. II. §. I.

Ex quo quidem dicto patet, licuisse poetis etiam in theatro unitatem Dei profiteri; id quod credibilem facit sententiam RADVLPHI CVDWORTH, viri inter anglos longe doctissimi & perspicacissimi, qui in *systemate vero intellectuali huius uniuersi*, quod anglice scripsit, pluribus docuit, unitatem Dei communem fuisse opinionem gentium. Huic quidem acerrime occurrit PETRVS BAYLIVS, docens contendensque, tantum abesse, vt unitatem Dei communiter crediderint gentes, vt potius magis consentanea rationi sit manichaeorum opinio de duobus diis, vno bono, altero malo. Quod ridiculum dogma merito castigauit IO. CLERICVS, in *parrhastianis* gallice scriptis, part. I. p. 303. - 316. In Germania autem fuit IO. CHRISTOPHORVS WOLFIVS, hodie pastor hamburgens, qui in libro *de manichaeismo ante manichaeos* opinionem CVDWORTH quodammodo refelleret. Mihi ita videtur de ista controuerfia. Primum unitatem DEI esse rationi humanae valde consentaneam, & a praestantissimis philosophis facile agnitam, & a poetis quoque cantatam, multis forte etiam ex vulgo hominibus perspectam: deinde eandem publice tamen non fuisse receptam, vel ab omnibus promiscue creditam, arbitror: sic, vt, qui diceret graecis aut romanis, vnum esse Deum, impius ac capitis reus haberetur. ** Adsentior igitur D. IOACHIMO HILDEBRANDO, cuius est in hac academia celeberrimum nomen, qui in *disputatione de Deo* fatetur, polytheismum esse lapsum, vel errorem vulgi.

Porro ex hac thesi, & unitatis Dei demonstratione, du-

Confec-
tarium.

cimus I. confectarium, more nostro, nempe Deum esse

D

vnice

* XENOPHANES colophonius ap. CLEMENTEM l. c. p. 601.
εἰς θεός, ἐν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος.

** Quare PLATO in *Timaeo* p. 147. τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τὰ
δε τοῦ παντός εὐρεῖν τε εἶργον, καὶ εὐρεῖν τὰ εἰς πάντα ἀδύνατον
λεγεῖν.

Cap. II.
§. 2.

vnice colendum : idque opponimus non modo profanis gentilibus, sed etiam illis inter christianos, qui cultum Dei voce quidem aliqua, sed re non satis discernunt a cultu beatorum, vel sanctorum.

§. II.

Deus non potest mutari.

Patet ex eadem ratione, Deum non posse mutari ullo pacto. Nam qui est optimus, hic neque in melius potest, neque in deterius mutari. *

§. III.

Est sempiternus.

Itaque sempiternus est Deus, quippe qui mutari nequeat, nedum mori.

Atque hoc ipsum sensit etiam ARISTOTELES, qui Deum ita definiuit, ζῶον αἰδίων, ἀρίστον, quod est, viuum, sempiternum, atque optimum : & EPICVRVS, qui ζῶον ἀφθάρτων καὶ μακαρίων. vid. §. 1. cap. 1.

Hoc eodem argumento immutabilitatem DEI demonstrauit SALLVSTIVS philosophus graecus in libello, quem edidit LEO Allatius inscriptum *de diis & de mundo*, c. 1. atque idem c. 14. eiusdem libelli singulatim persequitur Dei immutabilitatem, & docet, nec posse Deum moueri ira, vel alio affectu. Huc quoque referendum mihi videtur, quod saepe dixit ZENO ** & ARISTOTELES in *metaphysicis* 1.12. c. 7. 8. atque item in *ethicis*; nempe Deum esse immobilem, ἀκίνητον, h. e. mea quidem sententia, prorsus immutabilem. ***

Iam

* Eodem argumento vtitur PLATO *lib. 2. de rep.* p. 28. & tandem concludit : ἀδυνατον ἀεὶ καὶ θεῶν εἶδεν ἑαυτὸν ἀλλοιοῦν. ἀλλ', ὡς εἰμὲν καλλίστην καὶ ἀριστὴν ὄντων εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστον αὐτῶν, μένει αἰεὶ ἀπλῶς ἐν τῇ αὐτοῦ μορφῇ. Conf. omnino de immutabilitate & aeternitate Dei ARISTOTELES in *fragmento de Xenophane*, cap. 1. §. 2.

** In fragmento ap. Aristotelem cap. 3.

*** Eodem modo TIMAEVS locrus περὶ ψυχῆς κόσμου p. 375. καὶ τὸ μὲν τὸ θεῖον εἶμὲν ἀγένετον ἢ καὶ ἀκίνητον, καὶ μένοντες.

Iam aeternitatem Dei confirmamus i. ex ipsa DEI Cap. II.
notione, & summa praestantia. Bonum, quo magis est diu- §. 3. 4.
turnum, hoc est melius vel praestantius. Optimum igitur,
vel summe bonum, oportet esse maxime diuturnum, h. e.
sempiternum. Confirmo 2. ex immutabilitate DEI. Nam
qui mutari non potest, durat perpetuo. Atqui DEVS muta-
ri non potest; per §. 2. Consequens est igitur, ut DEVM esse
sempiternum confiteamur.

Accedit consensus poëtarum, & philosophorum. HO-
MERSVS Deum dicit semper esse, θεων αιεν εοντα: saepeque hoc
sine versiculi utitur.* Ex philosophis principem laudo THA-
LETEM, qui antiquissimum Deum esse dixit; quippe qui sit
ingenitus: πρεσβυτατον των οντων ο θεος, αγεννητον γαρ. Idem
THALES rogatus: quid esset Deus? respondit: quod nec
principium habet, nec finem: τι το θειον; το μητε αρχην εχον
μητε τελευτην. Virumque est ap. DIOGENEM LAERTIVM
histor. philosophicae scriptorem graecum, l. I in vita Thaletis,
p. 23. 24. PYTHAGORAS in aureo carmine statim a principio le-
gitur agnouisse Dei immortalitatem: αθανατος μεν πρωτα θεος,
incipit. Quamquam autem hoc ipsius PYTHAGORAE car-
men non est, sed sectatorum eius; tamen continet PYTHA-
GORAE sententias. Denique EPICVRVS, qui de prou-
dentia Dei non recte sensit, hoc sane rectissime & vidit & pro-
nunciavit, secundum Thaletem, nempe Deum esse sempiter-
num: το θειον ειναι το αφθαρτον. ap. DIOGEN. LAERT. l. 10.
in vita & decretis Epicuri.

§. IV.

Porro DEVM esse summa bonitate, h. e. opti- Deus est
bonus.
mum, siue summum honorum, notio ipsa DEI cap. I.
declaravit.

Quo consensum gentium & philosophorum addidimus.
Nunc addimus praestantem sententiam CICERONIS. Nam
cum ille l. 1. de natura deorum p. 45. disputaret aduersus EPI-
D 2 CVRVM

* E. g. *il. α.* v. 290. 494. &c. *θεων αιενγενεστων.* β. v. 400.

Cap. II. §. 4. CVRVM, ita scripsit: *Negat idem, scil. EPICVRVS, in DEO esse gratiam. Tollit id, quod est maxime proprium optimae praestantissimaeque naturae.*

Porro hinc ducitur DEI sanctitas, quae est immunitas ab omni vitio. Hanc sanctitatem DEO tribuit eximie PLATO in peculiari dialogo vel libro, quem scripsit de sanctitate, *περὶ τῆς ὁσιῶς*, s. de sancto, inscripsitque *Euthyphronem* h. e. recte sentientem. In eo dialogo sanctum id esse definit, inter mortales quod sit DEO charum, *ὄσιον τῷ θεῷ πρὸς Φίλες*. *

Hinc ducitur etiam Dei iustitia, quanquam & ex ipsa notione DEI prima, summae nempe praestantiae, duci vtraque potest: quomodo enim sanctum non sit, & ab omni prauitate quam longissime remotum, id, quod est optimum? & quomodo in eadem natura praestantissima iustitia intelligi non potest; aut potius debet? Certe, qui est optimus & sanctissimus, necessario idem erit iustissimus.

Porro faciunt aliqui bonitatem Dei duplicem: absolutam, vel internam, & respectiuam vel externam. Illam respectu naturae ipsius diuinae praestantiam summam dicunt, respectu vero morum, sanctitatem. Hanc vero externam vel benevolentiam, vel gratiam, solent vocare; CICERO dixit gratiam *loco quem modo recitauimus.*

Hanc benevolentiam respicientes quidam philosophi & poetae, DEVM dixerunt patrem: nominatim HOMERVS ** & PLATO in *Timaeo*, s. libro de vniuersitate p. 147. ARATVS graecus philosophus & poeta, Deum dixit esse hominibus benignum,

* Etiam HIPPOCRATES ἀγνοῦντα Deum appellat de morbo s. p. 329. CELSVS ap. ORIGENEM lib. 8. εἰς κελύει τις, αἰεὶ εἰ τυχεῖ θεησκείει θεοῦ (lege μὴ θεησκείει θεοῦ) ἢ ἀεῖθρον ἢ ἄλλο τι ἀσχερον εἶπεν, οὐδαμῆ οὐδαμῶς πίσειν· ἀλλὰ προ τούτων πασαις ἑσταναις εὐκαρτεστητον, καὶ παντας θανατους ὑπομειητον πρην τι ἀνοσιον περὶ θεοῦ, ὅτιγε εἶπεν, ἀλλὰ μελετησαι.

** Ὀδυσσ. α. v. 28. ENNIVS ap. CICERON, lib. 2. de n. d. p. 48. & VARRONEM lib. 4. de lingua latina p. m. 12. VIRGIL, aen, lib. 10. v. 2.

nignum, θεος ἡπίος ἀνθρώποισι, in exordio φανόμενον, quae Cap. II. §. 4. 5.
 scripsit, & CICERO quondam vertit latine.

Ex his consequens est, vt Deum summe colendum, Confessio-
 rium.
 atque adeo diligendum censeamus. Ratio est manifesta.

Qui est praestantissimus, maxime est colendus: & qui opti-
 mus est, maxime diligendus. * Prius horum non modo ag-
 nouit ac confessus ipse EPICVRVS est, sed etiam actu vi-
 tae testatus. Nam, si credimus DIOGENI LAERTIO in l. 10.
de vita EPICVRI, p. 713. coluit Deum EPICVRVS affectu
 animi ac pietate inexplicabili: ἀλεπτος τῆς ἐπιμαρῆς ἢ διαθεσῆς
 τῆς πρὸς τῆς θεῶς ὁσιότητος. Item CICERO ** testis est, DEVM
 coluisse EPICVRVM vel praecipue, nempe ob naturae diui-
 nae praestantiam.

§. V.

DEVM esse summa sapientia, h. e. sapientissi- Deus est
 sapiens.
 mum, eadem ratio conuincit. Nam qui est optimus,
 idem etiam sapientissimus merito habendus est. Mens
 enim quo sapientior hoc melior erit. Nisi forte sa-
 piens non praestit insipienti.

Adde rationi consensum eorum, qui sunt inter homi-
 nes sapientiores habiti: PYTHAGORAE, qui ideo noluit
 sapiens, σοφος, dici, sed tantum amans sapientiae, h. e. φιλοσο-
 φος, quod Deum solum sapientem esse iudicaret ac profiteretur,
 in sermone quem cum LEONTE principe philisiorum
 habuit. Auctor est DIOGENES LAERTIVS in *vita Pytha-
 gorae*, *** & CICERO in *tusculana quaest.* 5. SOCRATES
 idem professus est. Nam cum oraculum delphicum SO-
 CRATEM mortalium omnium sapientissimum declarasset, SO-
 CRATES id ita interpretatus est: reuera solum DEVM esse
 sapientem, se autem ideo ceteris hominibus sapienterem iu-
 dicatum

D 3

* STRABO lib. 10. p. m. 322. εὐ μὲν γὰρ εἰρηται τοὺς ἀνθρώπους μα-
 λιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐδαιμονοῦσι.

** Lib. 1. de n. d. p. 43.

*** Lib. 8. p. 572.

Cap. II §. 5. dicatum, quod suam insipientiam agnosceret, & se nihil scire sciret; prouti est ap. PLATONEM in *apologia Socratis*. * Idem firmis rationibus & testimoniis asseruit ARISTOTELES in *principio metaphysicor.* ** loco omnium longe pulcherrimo. Plura collegit in hanc sententiam SIBENHARIUS magdeburgicus, *disputatione* A. 1705. me praefide habita, qua *Deum solum esse sapientem* publice edisseruit. Addo nunc locum insignem, qui est ap. PLATONEM in *Hippia maiori*, *** quo loco HERACLITVS ephesius, philosophus profundissimus, edidit: cum summa DEI sapientia conferas hominem, qui

* p. m. II. Το δὲ κινδυνεύει, ὡ ἀνδρες ἀθηναῖοι, ἴω ὄντι ἔ θεός σοφός εἶναι· καὶ ἐν τῷ χηρησμῷ ἴω τοῦτο λέγειν ὅτι ἡ ἀνθρώπινη σοφία ολίγου τιμῆς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενὸς, καὶ φαίνεται τοῦτου λέγειν τὸν σωκράτην. θεοσκεχερησθῆναι δὲ τῷ ἐμῷ ὀνόματι ἐμὲ παρὰ δειγμα ποιούμενον. ὥσπερ ἂν ἐποίῃ οὐδὲν ὑμῶν, ὡ ἀνθρώποι, (σοφία)τῆς ἐστὶν ὅς τις ὥσπερ σωκράτης ἐγνώκεν ὅτι οὐδενὸς ἀξίον ἐστὶν ἢ ἀληθεῖα πρὸς σοφίαν. Idem PLATO probavit in *Parmenide*, p. 192. Deum habere ἀκρεβέστατην ἐπιστήμην. in *symposio* p. 255. θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδὲ ἐπιθυμεῖ σοφίᾳ γενεᾶσαι ἔστι γὰρ.

** *Lib. I. c. 2.* ἦντε γὰρ μάλις ἂν ὁ θεός ἐχοί θεῖα τῶν ἐπιστημῶν ἐστὶ, καὶ ἂν εἰ τις ἴων θεῶν ἐστὶ μόνῃ δ' αὐτῇ τούτων ἀμφοτέρων ἴσχυηκεν. ὁ τε γὰρ θεός δοκεῖ τὸ αἰτιῶν πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχὴ τις· καὶ τὴν τοιαύτην ἡ μόνῃ ἡ μάλις ἂν ἐχοί θεός. E christianis praeclare S. DIDYMVS *lib. 1. de Spiritu s. f. m. 21. b.* *Solus ergo sapiens Deus, non accipiens aliunde sapientiam, solus est sapiens extra omnes qui per nuncupationem eius sapientes dicuntur*: prouti quidem graeca Didymi transtulit S. HIERONYMVS.

*** P. 472. SOCRATES ad *Hippiam*, ἡ οὐ καὶ ἡρακλεῖτῃ τοῦτου λέγει, ὅντι ἐπαγῆ ὅτι ἀνθρώπων ὁ σοφία)τῆς πρὸς θεῶν πύθητῃ φαίνεται, καὶ σοφία, καὶ κάλλοι καὶ τοῖς ἀλλοῖς πασι. Consentit MENELAVS ap. HOMERVM *ιλ. v. p. 476.* ζεῦ πάτερ ἢε σεφάσι περὶ φρένας ἐμμεναι ἀλλὰν ἀνδρῶν ἢε θεῶν, (σοφία) δ' ἐκ ταῦδε πάντα πελοῦνται.

qui sapientissimus omnium habeatur, videri quasi simiam *cap. II. §. 5.*
cum homine comparatam.

Huc referimus dei omniscientiam: * quam aliqui sic distribuunt, vt dicant esse visionis, (intuitiuam) vel naturalem, vel liberam, vel mediam. *Intuitiuam* vocant, qua DEVS seipsum cognoscit, ac quasi intuetur: *naturalem*, quo DEVS intelligit omnia quae esse, vel fieri possunt; *liberam*, qua videt ea, quae sunt; *mediam* denique, qua prospicit ea, quae sunt sub conditione futura; e. g. quod Tyrus & Sidon si IESVM CHRISTVM docentem audiissent, ad ipsum animis conuersae fuissent, prouti est *ap. Matth. XI.* Litigarunt multi, & scholastici olim, & patrum nostrorum memoria theologi reformati, de scientia Dei media, h. e. futurorum contingentium, nominatim *TVISSIVS.* Sed mihi inanis illa liticula videtur, quippe existimanti, indignum fore DEO, si quicquam de rebus futuris eius cognitionem ac perspicientiam fugere possit.

Huc pertinet DEI veritas, ** h. e. dictorum constantia; quam alii vocabulo male latino veracitatem appellandam existimarunt. Colligitur illa facile ex summa sapientia & bonitate: quarum altera facit, vt Deus falli non possit; haec vero, vt fallere non velit. Atque adeo ex ipsa DEI notione prima, ex summa nempe praestantia colligitur. Nam qui est praestantissimus, necessario idem verissimus est, in dictis ac promissis suis constantissimus.

Con.

* Hanc agnouit EPICHARMVS, ap. CLEMENTEM Alexandrin. *lib. 5. p. 597.* inquit: οὐδεν ἐμφεγγει το θειον. τουτο γνωσκειν σε dei autos εδ' αμων εποπτης; & PLAVTVS *Carpeio. act. 2. sc. 2.* Est profecto Deus, qui quae nos gerimus audiatque εὐ-videt; vbi vid. TAVBMANNVN, p. 216. plura afferentem.

** PLATO postquam haec fufius disputauerat *lib. 2. de rep. p. 28.* subiungit: κομιδη αρα ο θεος απλουν και αληθες, εντε εγω και εν λογω και ους αυτος μεβιςται, ουτε αλλους εξαπατα, ουτε κατα φαντασιας, ουτε κατα λογους, ους κατα σημειων πομπας, ουδ' υπαρ ουδ' οναρ.

Cap. II. §. 5.
Confecta-
rium.

Confectarium est: I. vt admiremur DEI sapientiam, in rebus creatis quoque conspicuam: quemadmodum fecit GALENVS in *sine libri de usu partium humani corporis*: faciendum censuit & nostra memoria Io. RAYVS, socius londinensis, pietate & doctrina praestans, qui opus condidit hoc titulo inscriptum: *sapientia DEI per res creatas demonstrata*, & edidit Londini a. 1691. anglice, conuertit aliquis gallice, atque publicavit Ultraiekti in Belgio, a. 1714. denique in nostrum sermonem, nempe teutonicum, transtulit vir vener. CASPAR CALVOER, antistes Claufthaliensis in Hercynia, & animadversionibus auctum excudi fecit Goslariae, a. 1717. forma 4. Volumen constat hoc tribus libris: quorum primo generatim docetur ac declaratur sapientia DEI ex inspectione rerum creatarum vniuersa: libro 2. eadem sapientia DEI speciatim consideratur in corporibus coelestibus, elementis, aëre, igne, &c. tertio denique penitissime ac singulatim eadem demonstratur in ipsa terra, quam incolimus, quin etiam in corpore nostro eiusque partibus, denique etiam in anima, eiusque praestantia ac dotibus. Laudat praecipue ac commendat hoc opus interpret noster in praefatione, atque occasionem aperit eius conscribendi, quam hoc loco quoque tradidisse fuerit operae precium. Nempe cum ROBERTVS BOYLIUS, eques ac philosophus longe nobilissimus, miseratus esset impietatem ac prauitatem plerorumque nautarum, qui ad Indias comitant, testamento legauit certam pecuniae summam, ex qua redditus annui distribuuntur ei, qui aliquot orationibus, saltem tribus, demonstrat DEI existentiam ac praestantiam, idque eo tempore, quo nautae solent Londino abire, & nauibus proficisci in Indiam. Itaque singulis annis grauissimae ac pulcherrimae conciones habentur Londini anglice, atque eae deinde typis vulgatae ad nos quoque perferuntur. Tales sunt RICHARDI BENTLEII *de stultitia & absurditate atheismi*, quas DAN. ERN. IABLONSKI, antistes berolinensis quondam, & vir doctissimus, latine conuertit. Tale est etiam hoc opus RAYI, quod primum per conciones traditum, ac deinde auctum, volumen ipsum impleuit. Con-

Confectarium 2. sapientiam hominum esse quandam *Cap. II.*
 diuinitatis imitationem. Intellexit hoc praecipue PLATO *§. 5. 6.*
 to, qui in Theæteto hunc finem statuit philosophiae, nempe
 similitudinem DEI, quoad liceret eam homini appetere,
 ομοιωσιν τῷ θεῷ, κατὰ τὸ δυνατόν.

§. VI.

Accedit summa potentia: quam ex eodem fonte, *Deus est*
 praestantiae nempe diuinae, ducimus, ac demonstra- *praepo-*
 mus. Fieri enim non potest, vt, qui summae sit prae- *tens.*
 stantiae, vlla potestate, vel, vt ita dicam, potentiae
 particula, destituatur.

Deinde summam potentiam DEO tribuerunt omnes phi-
 losophi, nemine, quem sciam, excepto. * ZENO in fragmento ap.
 Aristotelem cap. 3. constat, DEI summam atque vnicam in
 res omnes potestatem. CICERO in fragmento libr. de republ. quod
 hodie somnium Scipionis inscribitur, nihil, inquit, est ille princi-
 pi DEO, qui omnem hunc mundum regit, acceptius, quam concilia coe-
 tusque hominum iure sociatorum. Romani Iouem, h. e. summum
 Deum ** dixerunt optimum, i. e. beneficentissimum, & ma-
 ximum,

* Optime! CLEMENS alexandrinus lib. 5. p. 597. τὸ δυνατόν
 ἐν πᾶσι προσεσπτοῦσι καὶ οἱ παρ' ἑλλήσιν λογισάτοιο θεῷ.
 PLATO in Parmenide p. 192. ἀμερβέσατην δεσποσίαν Deo assigna-
 uit. EPICHARMVS ap. CLEMENTEM l. c. ἀδυναταὶ δ' οὐδεὶ
 θεῷ. XENOPHANES colophonius ap. eund. p. 801. εἰς θεὸς ἐντε
 θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος. HOMERVS II, π. p. 596. ἀλλ'
 αἰετὶε δῖος κρείστων νοὸς ἥσπερ ἀνδρῶν.

** Obseruandum omnino, gentes, licet plures esse Deos crederent, vnum ta-
 men Iouem omnium supremum statuisse, cui cuncta illa tribuebant, quae a
 philosophis de vero Deo differebantur. Testis est ZENO apud DIOGE-
 NEM LAERTIVM lib. 7. p. 520, qui ἐν τε εἶναι θεον, καὶ νοῦν καὶ
 εἰμαρμένην Ἐ δια, πολλὰς τε ἑτέρας ονομασίας προσονομαζείας,
 affirmat. Quo in loco illud praecipue animaduertendum, Deum quoque dici
 εἰμαρ-

cap. II. §. 6. *summum*, h. e. potentissimum. Nam hac voce, *potentissimi*, non utebantur libenter. *

Recte,

εμμεμενην, h. e. fatum, a stoicis, His consentit *auctor libri de mundo*, qui sub ARISTOTELIS nomine circumfertur, cap. 7. ubi unum eundemque Deum *δια, αναγην, εμμεμενην, πεπεωπεινην, αδρασειαν, νεμεισιν, αισαν, μοιραν, ατρεπον, λαχεσιν, κλωθω*, vocatum disertis & pluribus verbis affirmat. Nec philosophi solum, verum etiam poetae idem prodiderunt. Quorum princeps HOMERVS *iliados β. p. m. 90.* inquit: *εκ διος οςε θεοις και ανθρωποισιν ανασσει. & ιλ. μ. p. 430.*

*ημεις δε μεγαλοιο διος πειδομεθα βουλη
ος πασι θνητοισι και αθανατοισιν ανασσει.*
EUPHORION & AESCHYLVS apud CLEMENTEM *Alexandrinum lib. 5. p. 603.*

*Ζεὺς ἐστὶν αἰθῆρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανὸν
Ζεὺς τοῖ τα πάντα χωρὶ τι τῶν ὑπερτερον.*

ARATVS in principio *Φανομενων*:

*εκ διος αρχωμεθα. τον ουδεποτ' ανδρες εωμεν
αρητον μετα, δε διος πασαι μεν αγυιαι
πασαι τ' ανθρωπων αγοραι, μεση δε θαλασσα,
και λιμενες, πανη δε διος κεχημεθα παντες.*

Omnium autem praeclarissime, omnium itidem antiquissimus ORPHEVS (modo sunt eius hi versus) apud *auctorem libri de mundo, cap. 6.*

*Ζεὺς πρωτὸν γενέσθ, Ζεὺς ὑσατὸν αρχικεραυτὸν
Ζεὺς κεφαλη, Ζεὺς μεσσα· διος δ' εκ παλαιετονται,
Ζεὺς πυθμην γαιης ἴε και ουρανοῦ ασερενι
Ζεὺς αερον γενεω, Ζεὺς αμβροτὸν επλετο νομφη.
Ζεὺς πνοιη παντων, Ζεὺς ακαματου πυρὸν δεμη.
Ζεὺς ποντου ριζα· Ζεὺς ἡλιὸν ηδε σεληνη
Ζεὺς βασιλευς· Ζεὺς αρχὸν απαντων αρχικεραυτὸν
παντας γαρ κρυφας αυις φατὸν ες πολυγηδες.
εξ ἰσρης κραδιης ανενεγαλο μερεμερα ρεζων.*

Originem vero cultus reliquorum deorum deorumque eleganter CICERO *lib. 2. de nar. deor. p. 68.* expressit: *quidquid, ait, magnam utilitatem generi afferret humano, id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur.* Itaque tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipsius Dei

non

Recte, quanquam minus latine, dicunt theologiae naturalis doctores, *omnipotentiam*, quae est potestas efficiendi omnia, quae fieri possunt: Addunt aliqui: nec in agente Deo imperfectionem important. Verum haec quidem adiectio minus necessaria est ad definiendam Dei potentiam. Nam quae imperfectionem significant, pertinent ad ea, quae fieri non possunt, scilicet a Deo, qui est perfectissimus. Vocant aliqui potentiam absolutam, & ei adiungunt ordinatam, qua Deus nempe dicitur agere secundum ordinem a se institutum.

Huc pertinet Dei libertas, h. e. immunitas ab omni coactione & necessitate. Nam qui summam habet potestatem in omnia, a quonam ille cogetur? vel necessitatem agendi ullam accipiet?

Porro ridiculus est PLINIVS, cum in *histor. naturae* l. 2. c. 7. negat, Deum posse omnia i. quia non possit mori: deinde 2. quia non possit homines immortalitate donare: denique 3. quia facta infecta reddere nequeat. Nam quod ad secundum attinet de immortalitate hominibus donanda, egregie falsus est PLINIVS: hoc magis, quod PLATO, & antiquiores multi e philosophis, non modo animos hominum immortales esse demonstrauerant, verum etiam homines mortuos reddere in vitam docuerant. ** Porro tertium de factis, quae in-

E 2

fecta

nuncupabant. *Vt, quum fruges Cererem appellamus vinum autem Liberum. - - Tum autem res ipsa, in qua vis inest maior aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa nominetur deus, ut fides, ut mens, & rel. Conf. ven. I. C. VOLFII manichaeismum ante manichaeos. §. 38. p. 161. 62. sqq.*

* Vid. CICERON. *lib. 2. de n. D. p. 70. FESTVS p. m. 315. Maximum praetorem dici putant alii eum, qui MAXIMI IMPERII SIT, alii quia aetatis maximae. Pro collegio quidem augurum decretum est: quod in salubri augurio praetores maiores & minores appelletur, non ad aetatem, sed ad PRIM IMPERII pertinere. PAVLVS ibid. Maximus curio, cuius AVCTORITATE curiae omnesque curiones reguntur.*

** In quibus etiam est ARISTOTELES qui *lib. 1. de anima cap. 3. ita: το δε σωμα κινεεται Φορα' ωσε και η ψυχη μετ' αλλατοι αν κατα*

το

Cap. II.
§. 6. 7.

fecta reddere Deus nequeat, stolidi quaestio est; haec enim plane fieri non possunt: * nec tamen ideo Deus definit posse omnia. Nam prouti ille dicitur videre omnia, qui videt omnia, quae videri possunt; ita ille recte dicitur posse omnia, qui potest facere omnia, quae fieri possunt, non etiam, quae fieri non possunt. ** Primum vero, quod PLINIVS obiecit, de morte, plane insulsum est. Nam hoc ipsum posse mori, etiam si vocabulo potentiam significet, tamen reuera est impotentiae & debilitatis. DEVS vero cum dicitur non posse mori, hoc significatur, DEVM posse viuere in sempiternum. Hoc igitur nequaquam potest ratione ad imminuendam DEI potentiam afferri; sed valet potius ad eam augendam.

Confectarium.

Confectarium ex summa DEI potentia est, vt Deum timeamus. Nam quo quis maiorem habet vim ac potestatem, hoc magis iure timetur. Deus autem habet maximam potestatem. Est igitur maxime timendus.

Negat hoc vnus EPICVRVS propterea, quod Deum nihil curare censet, nec rerum ceterarum, neque humanarum. Verum huic occurremus §. vltimo, de Dei prouidentia: nunc ad septimum de creatione progrediamur.

§. VII.

Deus mundum creauit,

Idem mundum creauit, atque aedificauit DEVS. Nam cum esset optimus, libenter copiam suae bonitatis facere voluit; & cum summam potentiam haberet, quicquid voluit, perfecit, idque optime perfecit, propter summam videlicet sapientiam.

Ita

το σωμα και αυτη η ολη η κατα μοιρα μερισταμενη. ει δε του εδεχεται και εξελθουσιν επισιναι παλι εδεχοιτ' αν' τουτω δ' εποιτ' αν το ανισαδζ τα τε θνεωλα των ζων.

* ARISTOTELES VI. ethic. nicom. II. 21. 22. το γεγονοσ ουτε ενδεχεται μη γενεσζ, διο ορθως αγαθων: Μουου γαρ αυτου και θεου σερλοκεται, αγεννητα ποιεν ασσ' αν η πεπραγματα.

** Vid. etiam C. VOLFI *metaphysica* c. 6. §. 1022.

Ita mundi creationem facile & euidenti ratione demon- Cap. II. §. 7.
 stro, videlicet ex bonitate Dei, ex qua etiam cetera attributa
 deriuati omnia. Mirifice autem placet mihi hoc in argumen-
 to consensus PLATONIS, principis philosophorum. Is scripsit
 celeberrimum librum, hoc titulo, *Timaeus*, siue de vniuersi-
 tate rerum, atque in eo creationem mundi plane vt philosophus
 descripsit. Haud longe a principio, * *Dicamus, inquit, quae*
causa mouerit huius vniuersitatis conditorem, vt mundum constitu-
eret. Nimirum bonus erat; bonus vero nemo vllius rei inuidia
vnquam afficitur. Ab ipsa igitur remotus, omnia sibi quam simili-
ma fieri voluit. Omnia igitur bona, nihil malum esse voluit. Nefas
est enim illum qui sit optimus, quicquam aliud facere, nisi optimum
ac pulcherrimum. αγαθος ην &c. Nec vero PLATO solum, sed
 ceteri quoque philosophi omnes, sane praestantiores, crea-
 tionem mundi a Deo perfectam profitentur. THALES, anti-
 quissimus sapientum, rogatus: quid esset pulcherrimum? mū-
 dum esse respondit; quippe qui sit opus Dei: καλλιστον κοσμος,
 ποιημα γαρ θεου. ** ANAXAGORAS, *** qui vixit ante SO-
 CRATEM, librum etiam scripsit, de mundi conditu, graece πε-

E 3

εϛ

* P. 147. λεγωμεν δη δι ην αιτιαν γενεσιν και το παν τοδε ο ο ξηνιτας
 ξυνεσησεν. αγαθον ην. αγαθω δε θεις περι εδενον εδεποτε
 εγγιγνεται φθονον. τουτου δ' εκτος αν, παντα οτι μαλις
 εβουληθη γενεσθ παραπλησια αυτω ταυτην δε γενεσεως κοσμου
 μαλις αν τις, αρχην κυριατατην παρ ανδραν θεονιμων αποδε-
 χομενον ορθοτατα αποδεχοιτ' αν. - - θεμις δε ουτ' ην ουτ' εσι
 τω αριτω οραν αλλο πλην το καλλιστον. Idem in sophista p. 166.
 ημεις μεν και τ' αλλα ζωα, και εζ αν τα πεφυκοτ' εσι, πυρ και
 υδωρ, και τα τουτων αδελφα, θεου γεννηματα παντα ισμεν, αυτα
 απειργασματα εκαστα. HIPPOCRATES Deum χειρωνακτα αγαθον
 vocat de corde p. 291.

** V. DIOG. LAERT. lib. 1. p. 23.

*** SIDON. APOLLINAR. c. vii. 15. v. 98.

Quartus Anaxagoras thalERICA dogmata seruat,
 Sed diuinum animum sentit, qui fecerit orbem.

Conf. ven. abbatis I. A. SCHMIDII dissertation. de Anaxagora eiusque
 physiologia §. 26. p. 99. 199.

cap. II. §. 7. εἰ κοσμοποιίας, quem librum & PLATO * & ARISTOTELES in metaphysicis laudare solent. ** EMPEDOCLES antiquus philosophus & poeta, vt & alii complures, κοσμογονίαν, h. e. librum de ortu mundi composuit: ex quo sunt verficuli elegantes sane ap. PLATONEM *** & ARISTOTELEM in physicis. * Nec fere dubitatio est de ceteris philosophis, quin confenserint in mundi creationem, praeterquam de Aristotele. Sed hunc quoque mundum a Deo factum existimasse, plurima loca probant. Primum quidem quod l. i. metaphys. c. 3. p. 1230. irridens eos, qui mundum casu fortuito natum credidissent, quasi ebrios, vnum ex illis exitisse scripsit ANAXAGORAM, qui tanquam sobrius & sanus docuisset, mentem fuisse, h. e. DEVM, qui haec vniuersa constituisset. ** Deinde est locus praeclarus ap. CICERONEM l. 2. de natura Deorum §. 95. quo disputans BALBUS Stoicus aduersus epicureos, qui mundum con-

* c. g. Phaedonis p. 51.

** c. g. lib. 1. cap. 4 & c.

*** c. c. in Menone p. 456.

* c. g. lib. 2. cap. 4. & c. ii. περὶ αἰδησεως και αἰδητων cap. 2. Auctor libri de mundo cap. 6. p. 1219. τα γὰρ παθη, και τα δι αερ^θ απαντα, και τα εσπι γης και τα εν υδατι θεου λεγοιτ' αν οντως εργαθεναι, του τον κοσμον επεχοντ^θ εξ ου, κατα τον φυσικον εμπαιδολεα. πανθ' οσα τ' ην, οσα τ' εσ' η δ' οσσα τε εσαι οπισσω δενδρεα τ' εβλασησε και ανερες ηδε γυναικες θηρες τ' οἰωνοι τε και υδατο θερμυμονες ιχθυς.

** του γαρ ευ και καλωσ τα μεν εχεν, τα δε γιγνεσθ^θ των οτων ισως ετε γην ετ' αλλο των τοιστων εδεν εδ' εικ^θ αιτιον ειναι ετ' εκεινεσ εικεσ οηθηται. εδ' αυτω αυτοματο και τυχη ισοσθ^θ επιτριψαι πραγμα καλωσ εχει. νεν δε ησ ειπων ειναι καδαπερ εν τοις ζωοις και εν τη φυσει τον αιτιον και τεσ κοσμη και της ταξεωσ πασης, οιον νηφον εφανη παρ εικ^θ λεγοντασ τεσ προτεροσ. φανερωσ μεν εν αναξαγοραν ισμεν αφαιμενον τεσων των λογων. αιλιον δ' εχει προτεροσν Εριστιμ^θ ο κλαζομενη^θ ειπεν' οι μεν εν ετωσ υπολαμβανουσεσ, αιμα το καλωσ ηην αιτιασ αρχην ειναι των οτων εθεσαν, και την τοαυτην οθεν η κινησισ υπαρχει τοις εσιν.

concurſu atomorum natum credebant, vel potius ſingulis momentis innumerabiles naſci mundos atque interire, ridicule ſane effutiebant potius, quam docebant, ſubiicit verba ARISTOTELIS admodum pulchra, haec nempe, quae recitabo: *Cap. II §. 7.*
Praeclare ARISTOTELES, ſi eſſent, inquit, qui ſub terra ſemper habitauiffent bonis & illuſtribus domiciliis, neque exiiffent vnquam ſupra terram, ſi repente ruptis terrae faucibus, euadere in haec loca, quae nos incolimus, & exire potuiſſent, cum coelum ſuſpicerent, & aſtra, & lunae vices modo creſcentis, modo ſeneſcentis, deinde terras & maria ſpectarent, nubiumque magnitudinem, & ventorum vim cognoſcerent, proſeſto & eſſe deos, & haec tanta opera eſſe deorum conſiderentur. Atque haec quidem ille, nempe in libris exotericis vel dialogis, quos plurimos ſcripſerat idem ARISTOTELES, nullum autem nos hodie habemus.

Stoicorum princeps ZENO idem affirmauit ap. DIOGEN. LAERTIVM *lib. 7. p. 528.* *Ειναι δε τον μεν δημοσυγον τον ολων, ωσπερ και παſερα παντων.* Reliquorum conſentientium verba adduxit LIPSIVS *phyſiol. lib. 2. diſſert. 8.**

Vnus EPICVRVS cum ſua ſchola diſſentit. Negat, *Diuinitus eſſe creatam.*

„Naturam mundi, quae tanta eſt praedita culpa: *κακη η*
 Prouti quidem LVCRETIVS *l. 2. & ſ.* carminis ſui cecinit. Cui fere poſt multa ſecula acceſſit PETRVS BAYLIVS, homo nimii acuminis iactatione in inſignem hebetudinem prolapſus. Scripſit enim: *rationem humanam ſibi relictam nihil aliud poſſe reperire, niſi duas eſſe rerum cauſas, alteram bonam bona,*
καυτην,

* Philoſophis adde poetas: e quibus SOPHOCLES ap. CLEMENTEM alexandrinum *lib. 5. p. 603.*

*εις, inquit, ταις αληθειαις εις, εστι θεος,
 ος ουρανον τ' ετευξε και γαιαν μακρην,
 παντου τε χαρσπον οιδμα, η ανεμων βιαν.*

EVRIPIDES, ap. eundem, loco eodem:

*ορας τον υψου τουδ' απειρον αιθερα.
 και γην περιξ' εχονθ' υγραις εν αγκαλαις
 τουτον νομιζε ζηνα, τουδ' ηγου θεον.*

Cap. II. §. 7. rum, alteram vero malam malarum. Sentiens nimirum, ac iudicans peruersæ, ita male mundum esse constitutum, ut in DEVM vnum optimum conditorem referri non possit, si quis rationem sequatur, sed necessarium quasi existere manichæismum. Verum EPICURO pridem satisfecerunt stolci apud CICERONEM de natura Deorum: PETRO BAYLIO occurrit LEIBNITIVS integro libro de DEI iustitia, quem ille gallice quidem conscripsit, sed graeco tamen nomine appellauit *theodicæam*, hodie etiam germanice conuersum legimus.

De tempore & modo, quo mundus conditus est, certum nihil habet theologia naturalis: tanta est philosophorum & populorum de aetate mundi differentia, & de modo constitutionis obscuritas. Vide PLATONEM in *Timæo*, in quo mundum quidem aedificat DEVS, sed eo modo, quem nemo nostrum facile intellexerit aut explicauerit. Adde ARISTOTELEM *metaphys.* l. I. varias plerorumque sapientum sententias de mundi conditu copiosissime, nec sine iudici, recensentem. Quas ipse considerans, incidit in opinionem peruersam, de mundi constitutione *aeterna*, vel certe indefinito tempore facta. Conferri meretur etiam liber PLVTARCHI de *Iside & Osiride*, quo aegyptiorum de mundi ortu & constitutione opiniones traduntur. Quod ad modum attinet, memoratu dignum est, quod DIONYSIVS LONGINVS, retor graecus, laudauit hoc a MOSE scriptum: *dixit DEVS fiat lux & facta est.* * Intellexit nimirum LONGINVS, DEO dignum esse, & lucem, & reliqua omnia, creasse solo iussu voluntatis suae.

§. IIX.

* *περὶ ὕψους*, lect. 8. p. m. 20, *ταύτη καὶ ὁ ἴσως ἰσθαιῶν θεσμοθετῆς ἔχ' ὁ ἰσυχῶν ἀνῆρ, ἐπεὶ δὴ ἴην τὴ θεὸς δυνάμει κατὰ τὴν ἀξίαν ἐγγαγίσει κατ' ἐφ' ἡνεν, εὐθύς ἐν τῇ εἰσβολῇ γεγάσας τῶν νομῶν. εἶπεν ὁ θεός, φησὶ, τί; γενεσθῶ φῶς, καὶ ἐγενετο, γενεσθῶ γῆ καὶ ἐγενετο.*

§. IIX.

Cap. II. §. 8.

Eadem eximia bonitas DEI, quam in hac tractatione semper laudavi, persuadet, vt credamus DEVM rerum a se conditarum omnium curam habere; h. e. enim quod providentiam dicimus. Ea cernitur tum in conseruatione huius mundi, tum in gubernatione hominum, ac piorum quidem imprimis, quippe qui sunt DEO carissimi. Nefas enim fuerit cogitare, eum, qui sit optimus ac beneficentissimus, res a se creatas ex mera bonitate & constitutas, postea deseruisse, atque earum curam vel cogitationem nullam suscepisse.

Dei prouidentia.

Est autem prouidentia diuina vt a theologiae naturalis doctoribus traditur, vel generalis, huius vniuersi cura, vel specialis hominum, vel denique propria piorum.

Patet hinc, animos hominum esse immortales quod idem alia argumenta conuincunt, & bonis praemia esse, post hanc vitam expectanda, malis vero poenas.

Quomodo autem conseruatio mundi fiat, certis argumentis explicari non potest. Vtrum per continuam recreationem vel reproductionem, vt ERHARDVS VEIGEIVS ienenfis mathematicus, censebat, an per instaurationem quandoque necessariam, quod ISAACO NEWTONIO in *optics* placuisse videtur, an alio modo conseruetur mundus, incertum. Disputant hic de *concurso* diuino sine posituius, an negatiuus. Hoc DVRANDVS A S. PORTIANO, illud ceteri scholastici defendunt. DVRANDVM sequitur, quamquam non sine dubitatione, Io. CLERICVS, in *pneumatologia** reliquos scholasticos sequuntur fere philosophi ac theologi.

Rationi allatae addamus consensum sapientiorum de prouidentia diuina vna voce affirmantium.

De *aegyptiis*, qui hieroglyphica scripserunt, memorant, habuisse illos symbolum arcanum prouidentiae diuinae, nempe sceptrum cum oculo imposito. Oculo significabant vigilem

F

lem

* Sect. 2. cap. 6.

Cap. II. §. 3. lem Dei curam atque inspectionem rerum omnium, sceptro vero gubernationem ac directionem regiam. CHRISTOPHORVS SONTAGIVS theologus altorfinus hieroglyphicum hoc sceptri oculati singulari *disputatione* non ineleganter exposuit.

PYTHAGORAS ap. DIOGENEM LAERTIVM l. 8. providentiam diuinam affirmat ex cognatione, συγγενεια quae fit inter Deum & homines, * quam eandem ARATVS in *exordio carminis astronomici* causam dicit diuinæ benevolentiae:

Τε γαρ και γενος εσμεν, ο δ' ηπιος ανθρωποισι
Cuius, summi Dei, etiam genus, vel proles, nos
sumus; ille igitur benignus est erga homines.

SOCRATES ap. Xenophontem *αιρωμημων*. l. 1. c. 17. ir. l. 4. c. 5. fortissime disputat pro diuina providentia aduersus hominem impium.

PLATO in *Philebo* ** inquit, omnes sapientes una voce consentiunt, Deum esse rectorem huius mundi. Atque idem PLATO ita diligenter ac fideliter ac pie homines admonuit de providentia diuina, vt eam etiam peculiari nomine *προνοια* primus appellaret; sicuti auctor est DIOGENES LAERTIVS in *vita & decretis Platonis*, *** Longe autem aberrarunt a vero, qui ex eo perhibuerunt, PLATONEM fuisse opinionis de providentia diuina inceptorem. Nominis enim uero ille inuentor, non opinionis fuit: quippe quae est antiquissima.

ARISTOTELES in *ethicis ad Nicomachum*, l. 10. c. 9. haec, verba scripsit: Si habet Deus rerum humanarum curam, quod omnino verisimile est, certe maxime curat eum, qui sibi sit simillimus. Atqui sapiens est Dei simillimus. Hunc igitur & Deo charissimum.

* επειδη περ και το αφ' ου απεσπαθη αθανατον εστι. p. 584. Discipuli quoque eiusdem hoc dogma diligenter retinere: in quibus est POLVS qui in libro *περὶ δικαιοσυνας* p. 861. ita scribit: εν κοσμῳ μεν ων αυτα των ολαν αρχων διαστραταγουσα, προνοια τε και αρμονια, και δικα, γενους τινος θεων ούτω φαφιξαμενων.

** p. 128 Βουλει δητα και ημεις λαισεμπροθεν ομολοουμενοι ξυμφησσομεν, ως ταυτ' ουτως εχει, νουν παντα διακοσμεν. &c.

*** *Lib. 3. p. 201.*

Cap. II. §. 3. *cus ap. CICERON. l. 2. de nat. Deor. & SALLVSTIVS philo-
sophus graecus libro de Diis, c. 9. Alterum est epicureorum argu-
mentum: nempe cur bonis male sit in hac vita? Verum huc
satisfecit SENECA peculiari libro de providentia; f. cur bonis
male sit interdum in hac vita, malis vero bene. Quem li-
brum eximie collaudavit MVRETVS. **

Confecta-
rium.

Confectarium I. hinc ducimus, nempe Deum esse
laudandum ac celebrandum. PYTHAGORAS dixit: *cum
in templum veneris, h. e. in mundum, adora, h. e. celebra De-
um. EPICETVS ap. ARRIANVM diff. I. c. 16. ita loquitur:
,** Si luscinia essem, luscinae more canerem laudes Dei, nunc cum
,** sim homo, ratione idem facio.*

Confectarium 2. Deus est colendus: Recte SENE-
CA: *ita versandum est cum hominibus tanquam Deus videat.*

Confectarium 3. Deo confidendum. Bona enim vi-
ro nihil mali euenire potest, nec viuo nec mortuo, nec unquam eius
res a Deo immortali negligentur, inquit SOCRATES in apologia ***
ap. PLATONEM.

Confectarium 4. & vltimum: Deo obsequendum.
Quod stoici vocant naturam sequi: Vid. LIPSIVM in physiol.
stoica.

*Summa TIBI semper, Deus optime,
gloria constet!*

* In not. pag. 1032. & orat. 3. vol. 2.

** *ει ανδων ημεν* inquit p. m. 69. *εποιοουν τα της ανδων* ε, *ει κυκνυ* ε *τα*
του κυκνου. νυν δε *λογικ* ε *ειμι* υμνειν με *δει τον θεον,* τουτο μου
το *εργον* εστιν.

*** p. 22. fin. *ουκ εστιν ανδρι αγαθω κακον ουδεν ουτε ζωντι ουτε τε-
λευτησαντι: ουδε αμελειται υπο θεων* *τα τουτου παραγματα.*
Quem locum CICERO quoque transtulit, & laudauit, lib. 1. *euscularum*
disputat.




01 A 6731

ULB Halle

3

004 122 828





THEOLOGIAE NATVRALIS
SPECIMEN.

EX ORE VEN. PATRIS

PVBLICE EXCEPIT

ET

NOTVLAS PRIVATIM

ADSPERSIT

H. A. KOCH.

Helmstadt,

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII,

ACAD. TYPOGR.

MDCCXXIV.